



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

72. Fer. 3. Christus denuo crucifigitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Feria 3. Dom. Quinquag. 115*

omnium illorum lapsuum, & præservationē. Offeram præterea à manè usque ad meridiē omnia Sacrificia, quibus Deus laudatur, & quæ Deo debentur, & omnes actus Christi, quos pro nobis subivit ab initio suæ subjectionis usque in finem. A meridie usque ad vesperum, imò usque ad manè, pro tota nocte, quæ sub potestatibus est tenebrarū, Passionem Christi, ea spe, quòd sicut per Christū Majestatem Dei laudant Angeli, &c. sic ego per eundem reddam Deum nobis propitiū.

MEDITATIO LXXII.

*Feria 3. Dom. Quinquag.*

*Christus denuo crucifigitur.*

**A**spiciam D. JESVM recenter crucifixum. Petam pleniorē hujus malitiæ cognitionem, & detestationem.

*Conf. 1.* Inopinatum novæ crucifixionis Domini spectaculum patratum ab ijs, quæ dicitur *Deum venter est.* Phil. 3. Sicut enim Aaronica sacrificia, & victimæ toties offerri debebant, quoties peccabant Judæi: sic Christus D toties deberet mori, quoties contra Deum peccatur, nisi tanti valoris esset mors Christi, quæ se ad omnia omnino peccata extenderet interea tamen, qui in peccata relabitur, Christum denuo crucifigit: quia quantum est in se, novo peccato novam dat causam crucis, & mor-

& mortis Christi: facit enim rursum id, propter quod Christus crucifixus est: & sicut nullo non momento delinquimus, sic Dominus nostro toto corpore passio renovatur, qui licet sit impassibilis, læditur tamen eo plane modo, quo in contempta imagine sua lædi solet honor Principis, & læsio spiritualis dicitur à Domino B. Brigittæ, L. I. c. 20. *Tabescere me fecit zelus tuus, Domine, si diligo te: David enim tabescebat, quia diligebat, ut ait D. Aug. hinc, Ps. 118.*

- Conf. 2.* In particulari spiritualem Christi crucifixionem.
1. Vincula iniiciunt, qui errore vel contemptu adducti servire ei vanum putant. Ita ibid l. I. c. 30. apud S. Brigittæ.
  2. Iudicant Dominum, quibus charitas, vita, & Passio Christi gravis est, l. I. c. 57.
  3. Condemnant, qui eum è cordis animeque templo eijciunt, ibid.
  4. Collum conculcant, qui nec gratias agunt pro Passione, nec eam cogitant, ibid.
  5. Faciem cædunt, & conspuunt per impatientiam, qui unum verbum ferre non possunt. L. I. c. 30.
  6. Oculos velant, & illacrymare cogunt, quibus terra præ cælo placet, ibid.
  8. Aures afficiunt, qui blasphemant, quòd homo creatus sit ad mortem, non ad vitam. L. I. c. 58.

S. Odo.

8. Odoratum foedè divexant, qui non curant quidquam Christum, quibus falsa loqui videtur. l. i. c. 57.

9. Gustum affligunt, & quasi aceto potant, qui spiritum diaboli sequuntur. l. i. c. 32.

10. Linguam amaram reddunt, qui imputant illi, quòd mali sint. l. i. c. 30.

11. Flagellant, quando omnibus sensibus, totòque corpore abutuntur dediti luxui, propter quem traduntur dæmoni, ut nec metu gehennæ moveantur. l. i. c. 32. & 52.

12. Crucem imponunt, qui præmium volunt sine labore: virtutem flectunt in vitium. l. i. c. 37.

13. Denudant, qui verbis fatentur, actis negant, & in terrena recidunt. ibid.

14. Extendunt in cruce, qui nec peccatum, nec poenas tam graves putant, neque timent, eò quòd sint redempti.

15. Latus & cor transverberant, qui ad finem vitæ peccare volunt, & tunc pœnitere. ibid.

*Cons. 3.* Quomodo hos omnes Christus D. ita revocare nitatur, L. i. c. 58. *Si possibile esset, libenter pro unoquoque homine talem pœnam exciperem, qualem semel in cruce pro omnibus recepi, ad hoc ut ad promissam hereditatem redirent. Eliciam affectus solitos, & virtutes prædictis vitijs oppositas.*

ME-